

CAX. 30. 01. 4

IVLII PACII

A BERIGA IC.

*Authori
damna
hoc vero
opus nem
suerit*

ISAGOGICORVM

IN

INSTITVTIONES Imperiales, libri IV.

DIGESTA, seu PANDECTAS, libri L.

CODICEM, libri XII.

DECRETALES, libri V.



*Quibus de nouo in fine accessit INDEX rerum, &
verborum copiosus, haecenus desideratus, &
diligentiâ I. F. IC. delineatus.*

EDITIO NOVISSIMA

num. 48.

cap. 9.

num. 7.



*D. N. And. de Lancia
Fiscario de Samanico*

LVGDVNI.

Sumptibus Hæred. GABR. BOISSAT, &
LAURENTII ANISSON.

M. DC. XLIII.

CVM SUPERIORVM PÆRMISSE.



ILLVSTRISSIMO

VIRO, D.D.

PETRO BOCCAVIDIO,

TEIRANI, ET IACONI
Domino, Sacri Consistorij Comi-
ti, Supremæ subsidiorum Occita-
næ curiæ Principi,

IULIUS PACIVS S. D.



VRI S civilis ea est difficul-
tas & amplitudo, vt in eo sine
cortice (sicut est in prouerbio)
rudioribus natare minimè li-
ceat. nam quæstionum, obie-
ctionum, dubitationum, decisionum, di-
stinctionum, quasi vndarum & fluctuum
procellarumque multitudine ac varietate
facilè obruerentur. Itaque non solùm vri-
le, sed etiam necessarium semper vi-
sum fuit, Institutiones aliquas didascalici-
cis præceptis refertas adhiberi, quibus



I. PACII IC.
ISAGOGICA

IN
INSTITVTIONES.

P R A E F A T I O.

Ius Romanum, quo omnes ferè populi vtuntur, partim est ciuile, seu Caesareum, quod ab Imperiali maiestate pendet; partim canonicum, seu Pontificium, quod Pontificia auctoritate nititur. ¶ Vtriusque titulos hoc tempore explicare institui, qui & rubrica vocantur, eò quòd antiquo more minio, seu rubrica notari soleant. Vnde Persius satyra 5.
„ Excepto si quid Masuri rubrica notauit.

& Inuenal. satyr. 14.

— Perlege rubras
Maiorum leges.

¶ Ius ciuile à Iustiniano Imperatore in tria volumina redactum est: primum Institutionum, quo iuris epitome Isagogica continetur: alterum Digestorum, seu Pandectarum, quod ex veterum Iureconsultorum libris compositum est: tertium Codicis, quo Imperatorum constitutiones continentur, exceptis ipsius Iustiniani Nouellis, non vno tempore post compositionem Codicis promulgatis, quae in vnum volumen à nescio quo relatae fuerunt. His subiungi solent consuetudines feudales à priuatis quibusdam Do-